

6754 [=7130] Neptuni apud Camposanios
GALL. MAR. Velitris apud Borgiam CARD.
Nunc Neapoli in museo.

D . M
V E T T I A E · P R I
M I T I V A E · C ·
L I C I N I V S · E V
S T Y C H V S · C O N
I V G I · K A R I S S I
M A E · E T · S I B I · F E C ·

Descripti ego, recognovit Iulius de Petra. Galletti cod. Vat. 7929 f. 329; Marini cod. Vat. 9127 f. 220; Cardinali *iscr. ant. ined.* n. 271; Guarini fast. Pomp. ed. 1 p. 108; Fiorelli cat. n. 147.

6755 Antii via dell' Olmata, proprietà Soffredini detta il Colle.

M · V I B I V S · S E V erus
F R A T R I · S V O · P I E N itis
S I M O

Recognovit Dessau. Lanciani *Bull. dell' Inst.* 1870 p. 15.

6756 Antii.

D I S · M
V I T E L L I
V I X I T
M E N

Lombardi *Anzio* 1863 p. 256.

6757 ab altera parte legitur n. 6673. Antii
apud Pauluccium arcis praefectum.

D I S · M A N · S A C
P A R E N T V M · D V L C I S S I M O R
P I V S · F I L · F E C

Marini cod. Vat. 9127 f. 222.

6758 cippus Antii in villa Albanorum.

<i>in latere:</i>	D I S M Á N I	<i>in latere:</i>
laurus	S A C	laurus
	in corona	
	querna	
<i>in postica:</i>		
patera	urceus	

Recognovit Henzen. Anonymus apud Marinum cod. Vat. 9131 f. 264'; Galletti cod. Vat. 7929 f. 332'; Marini cod. Vat. 9120 f. 118, *iscr. Alb.* p. 61; Visconti cat. p. 197 n. 35.

6759 rep. Antii una cum n. 6674 ARM. Non repperit DESSAV.

.... VIXIT · ANNOS · XXXX
... SODAL ..

Armellini *cronichetta mensuale* 1877 p. 190,
cui dedit Aristides Pio.

VS · A
M · CONI
EMISIT · II

Marini cod. Vat. 9120 f. 156.

6761 Antii.

I S · D E I P H I D · VI
O M V S
L A N I E
O D I

Vulpi Lat. 3, 49 qui vidit.

Praecedentia apud Vulpium (n. 6646) se-paravi.

6762 cippus lapidis Tiburtini quadratus. Antii rep. a. 1868 nel demolire un' arco d' ingresso del bagno dei detenuti ROSSI. Nunc prostat in aedicula congregationis S. Vincentii a Paula.

h e d e r a p a l m u l i s
o r n a t a
S P E S I N D E O

Descripserunt Bormann et Dessau. Rossi *Bull. arch. crist. ser. 1 vol. 7* (1869) p. 81 cum tabula p. 84 n. 4.

XII. ARDEA (*Ardea*).

Ardea Rutulorum quondam (Strabo 5, 3, 2 p. 228 cet.), sed nihilo minus admissa inter populos Latinos, qui lucum Dianum in nemore Aricino consecrarunt (vide supra p. 645), Latinorum colonia facta est a. u. c. 312 (Diodorus 12, 34; Liv. 4, 9—11)¹⁾ earum, quae quo anno conditae sint satis certo compererimus, longe antiquissima, quam ob rem non mirum est ius exulandi coloniis Latini iuris originis posterioris fortasse denegatum Ardeatibus aequa datum esse (Liv. 5, 43; Appian. Ital. 8; Dionys. 13, 5; Plutarch. Cam. 23) atque Latii primitivi rebus publicis. Curam quoque aedis Veneris, quam Lavinii populi Latini communi nomine habebant, gerebant Ardeates (Strabo 5, 3, 5 p. 232: τὸ Λασινίον ἔχον κοινὸν τῶν Λατίνων ἱερὸν Ἀφροδίτης· ἐπιμελοῦνται δὲ αὐτοῦ διὰ προπόλων Ἀρδεάταν) propter vicinitatem (Strabo 1. c.: ἔστι δὲ καὶ ταύτης [Ardeae] πλησίον Ἀφροδίτου, ὅπου πανγρυπίζουσι Λατίνοι). Manserunt eodem loco et quo tempore foedus Cassianum quod dicitur factum est (Dion. 5, 61) et cum foedera inierunt Romani et Carthaginenses (Polyb. 3, 22, 24) et bello Hannibalico, quo fuerunt inter populos subsidia ad bellum denegantes (Liv. 27, 9. 29, 45). Posteriore tempore captivi ibi adservati sunt pariter atque

¹⁾ Foedus Ardeatum, cuius meminit Livius 4, 7, sine dubio id ipsum est, quod nova colonia iniit cum populo Romano nomine Latino. Consules in eo nominati, si quidem vere consules illi fuerunt, cum in fastis non invenirentur, evidentissima fictione nomina eorum relata sunt ad annum 310. Vide quae dixi in chronologia p. 93 seq.

in coloniis Latinis Alba et Setia (Liv. 39, 19). Vetusti splendoris (Dion. 4, 64) temporis eius, quo mari quoque valuisse videntur una cum Graecis conditores dicti coloniae Sagunti in Hispania (Liv. 21, 7; Silius 1, 291), indicia quaedam servarunt quae ex annalibus Ardeatinis tradita habemus quaeque narrantur de picturis aedium sacrarum Ardeatinarum (cf. Cicero de d. n. 3, 18, 47) hic quoque non omitenda. *Tonsores*, Varro ait de r. r. 2, 11, 10 (cf. Plinius h. n. 7, 59, 24), *in Italianum primum venisse ex Sicilia dicunt post R. c. a. CCCCLIII, ut scriptum in publico Ardeae in litteris extat, eosque adduxisse P. Titinum Menam*. Extant hodieque, Plinius inquit 35, 3, 17, antiquiores urbe picturae Ardeae in aedibus sacris, quibus ego quidem nullas aequa miror, tam longo aevo durantes in orbitate tecti veluti recentes. Item Servius ad Aen. 1, 44: *Ardeae in templo Castoris et Pollucis in laeva intrantibus post fores Capaneus pictus est fulmen per utraque tempora traiectus*. Rursus Plinius 35, 10, 115: *decet non sileri et Ardeatis templi pictorem, praesertim civitate donatum ibi et carmine quod est in ipsa pictura his versibus*:

*Dignis dignu' (digna traditur) loco picturis condecoravit
reginae Iunoni' supremi coniugi' templum*

Plautius Marcus: cluet asalata(?) esse oriundus,

quem nunc et post semper ob artem hanc Ardea laudat.

eaque, addit, sunt scripta antiquis litteris Latinis. Sed, ut ait poeta (Aen. 7, 412) *et nunc magnum manet Ardea nomen, sed fortuna fuit,* fueruntque item tituli, quorum unum alterumve tantum casus servavit.